PETRUS LOMBARDUS. BANDINUS. INNOCENTIUS III. PAPA
Österreich, 12. Jh. Seite 141v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift



s; pena peccati e. qa iusto iudicio
dei cor peccantis obnubilat.
ut precedentis peccati merito etiam
in alia cadat. Unde iohes. Iustum
est ut qui in sordibus est sordescat
adhuc. Ubi iustum non consequentis
est s; consequendi ut necesse ibi. Ne-
cesse est ut qui currit moueatur.
Per hec sane uidetur aliquod peccatum.
illud scilicet quod est pena peccati iustum
esse. Quia ut ait aug. omnis pena
peccati iusta esse. S; notandum
quod peccatum dicitur pena et corruptio
vel priuatio boni. non per essentiam s; per
efficientiam. uelut diuitie dicuntur
gaudium esse istius. non quia sint. s; quia
faciunt gaudium. sic et in epistola petri
passio iniusta. dicitur esse gratia. non quia sit.
s; quia facit gratum apud deum eam pati-
enter ferentem. sic et peccatum statim
ut ab aliquo fit adeo separat. et
naturalia bona obtenebrat. que
separatio vel obtenebratio est corrup-
tio et pena peccati essentialiter. et hec
aug. adeo est. peccatum uero non. Quod aug. ita
dicit. Prescit deus s; non predestinat.
que non est ipse facturus. i. omnia
mala quia et si sunt aliqua peccata si-
mul et pene secundum illud tradidit
illos deus in passionem ignominie
et cetera. non tamen peccatum dei est.
s; iudicium. Quod deus non est auctor
Hoc autem omnium peccatorum
deus auctor non est. quia deo
auctore non fit homo deterior.
Malum sane et culpa dicitur quam ne-
quaquam facit deus. et penam quam uni-
cuique facit. Unde non est malum in
ciuitate quod deus non faciat. De
hoc tamen aug. dicit. quod deus auctor
mali non sit. s; quod hoc causaliter
dixerit. i. dicit. Inquit. ii. hoc ita
dixi sicut dictum est. deus mortem non
fecit. quia non fecit illud propter quod mors
infligitur. i. peccatum. Quod omnia in
Sunt quantum sunt. bona sunt
tamen qui estimant
omnem uoluntatem et ac-
tum adeo esse. eo quod putant
ea in quantum sunt bona esse. Ait. ii. aug. aug.
Omne quod est in quantum est bonum.
Et alibi. Ille summe est qui omnino
incommutabilis est. Cetera uero que sunt
nisi ab illo esse non possunt. Que
in tantum bona sunt. in quantum acce-
perunt ut sint. Responsio. Sed
illa aug. uniuersitas generi rerum
adtribuenda est. Kon. ii. colligit
nisi substantias et naturas. ut ex eisdem
uerbis liquet. Ait. ii. Si casu ali-
qua fiunt in mundo. non prui-
dentia uniuersis mundis re-
gitur. Quod si est. aliqua quoque substantia vel
natura est que ad opus prui-
dentie non pertinet. ecce nomine
uniuersi mundi naturas vel substantias
exponit. Naturas autem intelli-
ge ea que naturaliter ipse substantie habent.